

Sammelband G.

N
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21



MISCELLANEAS 72
JURIS THESES
NUMINE DIVINO AUXILIANTE

EX
AMPLISSIMI ACADEMICI
SENATUS DECRETO

SECUNDUM STATUTA
PRO LOCO
PROFESSIONIS IN JURE
EXTRAORDINARIÆ
PUBLICÆ ERUDITORUM DISQUISITIONI

scripsit

JOHANNES Dmsel /
U. J. D.

RESPONDENTE

JOHANNE CHRISTOPHORO Durbach
Thuring. U. J. Studios.

Die 7. Mens. Septemb. Anno M DC XCVI.

HORIS ANTE- ET POMERIDIANIS.

REGIOMONTI,
Typis FRIDERICI REUSNERI, SEREN. ELECT. BRAND.
ET ACADEM. TYPOGR. HÆREDUM.



AUGUSTISSIMO,
SERENISSIMO AC POTENTISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO,
DOMINO
FRIDERICO
TERTIO,
MARCHIONI BRANDENBURGICO,
SAC. ROM. IMP. PRINCIPI ELECTORI
ET ARCHI-CAMERARIO,
IN PRUSSIA, MAGDEBURGI, CLIVIAE, JULIAE,
MONTIUM, STETINI, POMERANORUM, CASSUBIORUM, VAN-
DALORUM, ITEM IN SILESIA ET CROSNÆ
DUCI,
BURGGRABIO NORIMBERGENSI,
PRINCIPI HALBERSTADII, MINDÆ ET CAMINI,
COMITI AB HOHENZOLLERN, MARCÆ,
ET RAVENSBERGÆ,
DOMINO RAVENSTEINII, ET TERRARUM
LAUENBURGII ET BÜTOVII, &c. &c. &c.
PIO, FELICI, INCLYTO PRINCIPI,
DOMINO SUO CLEMENTISSIMO

Vulgares Juris THESES in fidei & perpetui obsequii
testimonium cum omnigenæ & augustissimæ
Felicitationis, felicissimique Regiminis calidissimo
voto humillimè dedicans

ita canebat

Da

DA veniam Servo, PRINCEPS
AUGUSTE, precanti,
Non nisi vulgares dedicat ille

Theses:

Nil habet, & nil scit, quod Te sit Principe
dignum,

Sed tamen obsequiō pensat id omne
suō:

Quid magis obsequiō demulcet Principis
aures?

Pendet ab obsequiō Principis una
salus.

Obsequiō Dominum Te Prussia tota supre-
mum,

Excipit, & nunquam deficit obsequiō:
Non me terra quidem produxit Prusica
civem,

Non tamen inde minùs me tenet arcta
fides,

Arcta fides, jurata fides, servanda cuique,
Sive peregrinus, vel quoque natus ibi.

) 2

Quæ

Quæ tibi Prussorum Domino, semel, in-
clyte Princeps,
Est data sancta fides, sancta colenda
mibi.

Sic purò veneror duo Lumina, Numina,
corde,

Præsidet hoc terris, illud & astra regit.
Vivit in ore Deus, Princeps & vivit in ore,
Vivit corde simul Numen utrumque
meò.


Vivit in æternum DEUS, opto, vivat &
ALTER

Tempora, quæ nullus vel numerare
valet.

AUGUSTISS. ELECTORAL.
SERENITAT.

subiectissimus servus

J. Amstel, D.


 Um antiqua Regiomontana Academia jubeant ve-
 lintve statuta, ut novi Professorii muneris, quod
 Sereniss. ac Potentiss. Electoris Brandenbur-
 gici **FRIDERICI III. DOMINI MEI**
CLEMETISSIMI memorabilis gratia nuper & in me cle-
 mentissimè contulit, à publica velitationis fiat specimine, nil priùs
 habendum esse duxi, quàm in eo, quàm licuit citò, facere satis;
 Dum autem anceps basi, animòque deliberavi meò, præstaretne
 rem thesibus agere potius? an elaboratum juris sistere Thema?
 priorem, ut faciliorem, ingressus sum viam, angusti temporis bre-
 vitate, & quotidianis juris Læctionibus, aliisque occupationibus
 longiorem materia, cui jam admovebam manus, hâc vice exclu-
 dentibus deductionem. Has itaque leves & tenues miscellaneas,
 arbitrariòq; ordine locatas, quas tibi, B. L. offero Theses, benignè
 accipe, & si DEUS animi corporisque vires concesserit, elabo-
 ratas juris materias sub meò presidio propediem prodituras, ex-
 pecta. Assiste, precor, ceptis DEUS Altissime; tuis auspiciis
 omnia aguntur felicissimè.

THESES.

I.
ERubescimus sine lege loqui. Nov. 18. c. 5.

II.
 Non malè dicitur, aut applicatur: Ein jeder Fürst ist
 Kaysers / und Pabst in seinem Lande. arg. l. 21. C. Mand.

III.
 Ex primogenitò filiò natus præfertur in Successione Re-
 gni aut Principatus secundo genito, aut patruo, licet ad pri-
 mogenitum successio actualis nondum fuerit delata. arg. l. 7.
 ff. de Collation. l. 177. ff. de Reg. jur. l. 120. ff. eod. l. 1. §. 4. ff. de
 Suis & Legit. hered. IV. Si

IV.

Si in regno, ubi primogenitus tantum succedit, uno partu duo filii nati, & incuria obstetricum factum, ut nesciatur, quis verè fuerit primus, & post super successione disputetur, non est ex *l. 10. ff. de Reb. dub.* quaestionis petenda decisio, statuendumque, neutrum esse primogenitum, neutrum succedere.

V.

Si testator ejusdem nominis, ejusdemque cognationis, affinitatis, familiaritatis plures habens Amicos ita scripserit: *Titius amicus heres esto*, aut *Titio amico 1000. lego*, & non constet, de quo senserit, neuter est haeres, neuter legatarius, & legatum adjicitur haereditati. *arg. l. 30. ff. de Testam. tutel. l. 62. §. 1. ff. de hered. instituend. l. 8. §. 3. de Legat. 2. l. 10. ff. de Reb. dub. l. 3. §. 7. ff. de adimend. vel transf. legat.*

VI.

Decisionem casus, si in defuncti cujusdam uxorem gravidam relinquentis testamentò ita scriptum: *si FILIUS mibi natus ex besse sive octo unciis heres esto, ex reliqua parte Uxor mea; si verò FILIA mibi nata fuerit, ex triente sive unciis quatuor heres esto: & FILIUS & FILIA nati sint, cum isto homine, qui pra omnibus JCtis sapere sibi videbatur antè, & jus Justinianæum supervacuum, naturalemque rationem omnium finiendarum causarum judicem idoneum habebat, ignorantè occurrit JCtus Julianus in l. 13. ff. de Liber & Posthum. hered.*

VII.

Neque maritus uxori, neque uxor marito praesumitur supervixisse. *arg. l. 9. §. 3. ff. de Reb. dub. l. 32. §. 14. ff. de Donat. inter Vir. & uxor.* adeoque, si in pactis dotalibus cautum: *Welches Theil des andern todt erlebet / oder überlebet / etc. soll / etc. & ma-*

& maritus & uxor simul mortui, non est locus huic pactitiae
successioni. arg. l. 16. 17. 18. ff. de Reb. dub. Si inter conjuges
tales donatio, quæ morte demum confirmatur. Nov. 162. c. 1.
celebrata, præsumitur donatarius conjux supervixisse donanti.
l. all. §. 14. l. 8. ff. de Reb. dub.

VIII.

Si quis *Cajo & Titii filio* fundum legavit, & *Titio* nun-
quam natus fuerit filius, non cedit jure accrescendi totus fun-
dis *Cajo*, sed pars *Titii* habetur pro non scripta. l. 16. ff. de Le-
gat. 1. l. pen. ff. de bis que pro non scriptis habentur.

IX.

Quantitate legata, v. g. *Sempronio & Mevio 1000. Im-*
periales lego, si unus eorum juxta §. 8. §. de Legat. defecerit, non
est locus juri accrescendi. l. 7. l. 89. §. 2. ff. de Legat. 2. l. 56. ff. de
Cond. & Dem. l. 29. ff. de Solut.

X.

Non tollitur Legatum, patre, qui filio suo unico Bi-
bliothecam cum hâc adjectione: weil ich mich anderwärts nicht
verheyrahten werde / legârat, ad secunda vota transeunte. l. 72.
§. 6. ff. de Cond. & Demonstr.

XI.

Legatum certa quâpiam excaulâ revocatum non de-
betur, licet ea deficiat, dum est impulsiva revocationis causa,
v. g. *Titio, quia oscitanter studet, adimo Legatum*: si diligens
hic sit in studiis, non debetur. arg. l. 4. ff. de Adimend. vel
Transf. leg. l. 72. §. 6. de Condit. & Demonstrat.

XII.

Conditio, si *Titius Rusticus insignia doctoralia adeptus,*
aut *centesimum ætatis annum impleverit,* aut *Nobilis filiam du-*

X 2

xerit,

xerit, neque conventiones vitiat, neque in ultimis voluntati-
bus vitatur. *arg. l. 4. §. 1. ff. de Stat. liber.*

XIII.

Omissio diei, mensis, anni non vitiat testamentum.
arg. l. 21. l. 29. C. de Testam. Nov. 107. & auth. quod sine C. eod.
neque chirographum, *l. pen. §. 1. ff. de pignor. & bypotb.*

XIV.

Quantitas legata exsolvi debet ab hærede in ea mo-
netæ bonitate & valore, qui fuit tempore testamenti conditi,
non mortis testatoris, vel solutionis. *L. 7. de aur. & arg. Legat.*
l. 40. in f. ff. de Leg. 3.

XV.

Est libera testamenti mutatio, non obstante deroga-
toriâ clausulâ. *L. 4. ff. de Adim. vel Transf leg. l. 22. pr. ff. de Le-*
gat. 3. Solte ich gleich nach diesem ein Testament und letzten
Willen verfertigen / so will ich doch / daß solches nicht gelte /
sondern dieses Testament unverbrüchlich gehalten werde.

XVI.

Hæres pro parte actione personali in solidum non
potest conveniri, etiamsi bona hæreditaria omnia possideat.
L. 1. C. si cert. pet. l. 1. C. de hæred. act. l. f. §. f. ff. de contrab.
empt.

XVII.

Dans alicui rem vendendam in pretio inde redacto
in concursu Creditorum non gaudet prioritate. *L. 52. §. 17.*
l. 48. §. f. ff. de Furt. l. 1. ff. de Distr. pign.

XVIII.

In re à tutore pupillari pecuniâ emptâ competit pu-
pillo dominium. *L. 2. l. 8. §. 1. ff. de Reb. eor. qui sub tut. vel*
curat. l. 2. ff. quando ex fact. tut. vel cur. l. 3. C. arbitr. tut.

XIX. Er-

XIX.

Erronea est opinio eorum, qui putant, pecuniam creditam pupillarem idem hypothecæ tacitæ jus habere in bonis aliorum, qui non sunt tutores, quod habet in bonis tutorum. *arg. l. un. §. 1. ff. de Rei uxor. act.*

XX.

Si proxeneta, cui magni valoris res data, ut 100. acciperet mutuo, eamque interim pignori daret, ducenta acceperit, & reliquum in suum usum converterit, tunc rem oppignoratam repetiturus audiri non potest, nisi integrâ summâ exsolutâ. *L. 2. ff. de Proxenet. l. 5. §. 9. ff. de Instit. act. L. 10. C. de Procur. l. 23. in f. ff. de Minorib.*

XXI.

Mercator merces aliò transmittere rogatus, si in viâ à prædonibus hæ auferantur, à damno est immunis, sustinet autem hoc, qui eas sibi transportari fecit. *L. 13. C. mand. §. 3. J. de Empt. C. V. L. 35. §. 4. ff. eod.*

XXII.

Combustis licet ædibus oppignoratis, durat tamen hypotheca in cæmentis, ex quibus alio in loco nova domus fuit extructa. *arg. l. 3. §. f. ff. qui pot. sunt in pign. l. 65 ff. de Evict. l. 16. §. 2. de Pign. C. Hypoth. l. 21. ff. de Pign. act. l. 29. §. 2 ff. de Pign. C. hypothec. cujus possessor à creditore ad æstimationem conveniri potest. §. 29. J. de R. D. l. 7. §. 10. ff. de Acq. rer. dom.*

XXIII.

Promissio de vendendo juramentò firmata in perfectam de præsentis non transit venditionem. *L. 30. ff. de Reb. cred. l. 11. ff. qui pot. sunt in pign. l. 13. §. f. ff. de Re jud.*

X 3

XXIV. Res

XXIV.

Res ab obærato debitore absque fraude per modum
sponsionis, durch eine Wette/ alienatæ per Paulianam non
possunt revocari actionem. *L. 13. ff. que in fraud. cred.* neque
tunc huic est actioni locus, si filius non solvendo existens to-
tam hæreditatem restituerit, vel hæreditatem sibi delatam re-
pudiârit. *L. 134. ff. de R. J. l. 19. ff. que in fr. credit. l. 20. eod.*
l. 6. pr. pr. eod. l. 67. §. 1. ff. ad Sct. Trebell.

XXV.

Olla sive Urna fortunæ, germ Glücks = Topff / licita
habetur. *arg. l. 8. 9. §. 1. ff. de contrab. empt. l. 12. l. 13. ff. de Act.*
empt. modò publicâ prospiciatur autoritate, ne major nume-
rus notarum infeliciam injiciatur, quàm fert æstimatio rerum,
quæ sorti exponuntur, & ut fortunatæ omnes in urnam con-
jiciantur.

XXVI.

Si maritus alteri in casum mortis uxorem suam cum
ipsius consensu pollicitus, non habet effectum promissio.
arg. §. 23. J. de Inutil. stipulat.

XXVII.

Creditori à debitore in instrumento obligationis in-
famandi indulta libertas, Er solte ihn vor den und den / re.
halten / wo er nicht in termino zahlen würde / non excludit
injuriarum actionem, si morosus debitor post afficiatur inju-
riis. *arg. l. 27. §. 3. & 4. ff. de pactis.*

XXVIII.

Si quis eum apud quem lusum esse dicetur verbera-
verit, damnumve ei dederit, sive quid eò tempore dolò ejus
subtractum est, judicium non datur. *L. 1. pr. & §. 2. ff. de*
Aleat.

XXIX. Me-

XXIX.

Melius sibi prospicit maritus his formalibus in pa-
ctis nuptialibus sibi caveri procurans: Mein Mann soll nach
meinem Tod alles haben und behalten. *arg. l. 1. ff. de pact.*
§. 2. J. de Donat. l. 5. C. de O & Act. quàm istis: Mein
Mann soll nach meinem Tod alles erben / und nicht verbun-
den seyn den Freunden das geringste heraus zugeben. *L. 4.*
ff. de Adim. & Transf. leg. l. 1. C. de SS. Eccles.

XXX.

Avari, at divitis hæreditati in damnum proximo-
rum inhians optimè sibi prospiciet & gratulabitur, si preci-
bus tantùm impetrare valeat, ut ab eò in *unico* tantum *num-*
mo scribatur hæres: quia in unica re scriptus consequitur
totam hæreditatem. *arg. l. 7. ff. de Reg. Jur. §. 9. J. de hered.*
Instit.

XXXI.

Certâ pecuniæ quantitate exequiis funeralibus, zur
Leich-Begängniß / destinatâ à Testatore, & post funeralibus
fatis honestè & condignè, sed non ita curatis, ut quantitas
destinata integrè absorpta, residuum non cedit funeris cu-
ratori, sed hæredi. *L. 88. §. de Legat. 2.*

XXXII.

Sponsione de alterius adventu initâ, v. g. Titius werde
nicht auff die Hochzeit kommen / est pro negante & tunc pro-
nunciandum, si calus *hunc* aut vis major impedierit: militat
namque pro eo, quod censeatur respexisse, quid futurum,
non quid alter voluerit. Daß selbiger auff das factum sein
Absehen genommen / nicht aber auff des Titii voluntatem &
propensam veniendi inclinationem gesehen. *Conf. l. 7. l. 37.*
ff. de contrab. empt. §. 4. J. de V. Obligat.

XXXIII. Sal-

XXXIII.

Salvâ justitiæ regulâ, non possunt plures delinquentes
sorti aliter committi, quam si sint in reatu planè æquales:
Non ergò sortitioni locus, si aliquis in rixa à pluribus vulne-
ratus, sed ab uno lethiferè, qui tamen nescitur. *L. 22. C. de
Pæn.*

XXXIV.

Clandestina non sunt sponsalia, quibus duo testes ad-
fuerunt. *L. 12. ff. de Testib.* etsi alteri contrahentium tantum
fuerint conjuncti, & horum alicui sponsio facta, wenn die Zeu-
gen oder Beystande auff der Braut / und nicht auff des Bräu-
tigams Seite gewesen.

XXXV.

Sponsalia publica priora præferri possunt publicis poste-
rioribus, juramentò, copulâ carnali, aut sacerdotali consum-
matis. *arg. L. 5. C. de LL.*

XXXVI.

Stuprator ad dotationem puellæ haud est obstrictus, si
propter sanguinis proximitatem ac vitium incestus matrimo-
nium cum eâ contrahere nequeat. *arg. l. 100. ff. de Cond. &
Dem. l. 17. §. 7. ff. de Ædilit. edict.*

XXXVIII.


Nemo injuriarum agere potest nomine injuriæ sibi il-
latæ in lite, antequam ea lis finita. *L. 10. C. de Injur.*

XXXVIII.

Frater affinis aliave conjuncta persona ob injuriam fra-
tri affini vel consanguineo illatam injuriarum agere nequit.
arg. §. 2. J. de injur. l. 1. §. 3. §. 4. l. 15. §. 7. & §. 24. ff. eod.







00A 6297

ULB Halle 3
002 927 276




h 17 56. f

VD 14

Ref.





72
MISCELLANEA
JURIS THESES
NUMINE DIVINO AUXILIANTE

EX
AMPLISSIMI ACADEMICI
SENATUS DECRETO

SECUNDUM STATUTA
PRO LOCO
PROFESSIONIS IN JURE
EXTRAORDINARIAE
PUBLICAE ERUDITORUM DISQUISITIONI

fflit
JOHANNES Dmsel /
U. J. D.

RESPONDENTE
JOHANNES CHRISTOPHORO Aurbach
Thuring. U. J. Studios.

Die 7. Mens. Septemb. Anno M DC XCVI.
HORIS ANTE- ET POMERIDIANIS.

REGIOMONTI,
Typis FRIDERICI REUSNERI, SEREN. ELECT. BRAND.
ET ACADEM. TYPOGR. HAEREDUM.

